



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Anthologia Sacra**

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis  
versibus comprehensa

**Billy, Jacques de**

**Parisiis, M.D.LXXV.**

*Æquo animo ferendas esse afflictiones. 20.*

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

atque cum Christo in Deo: imò ipsa dilectio est mors nostra seculo, & vita cum Deo. Si enim mors est quando de corpore anima exit, quomodo non est mors, quando de mundo amor noster exit? Valida est ergo ut mors dilectio. Quid ea validius, qua vincitur mundus?

*O amor* ) Augustinus in libris Confessionum ad hunc modum Deum alloquitur: O amor qui semper ardes, & nunquam extingueris, charitas, Deus meus, accende me.

---

Æquo animo ferendas esse afflictiones.

20.

*Q*uid tibi, cum leta tot sorte peregeris annos,  
 Nunc animus, pulsa prosperitate, cadit?  
 An tibi, cum mittat post prospera multa dolores,  
 Cum tibi post sudum nubila densa Deus,  
 Frangi animo, turpesque decet geminare querelas,

SACRA

*Oraque cum molli dilaniare coma?*

*An nimio mentem luctu tenebescere? mundus*

*Haud secus ac tibi lux, non Deus, antè foret.*

SCHOILA.

*Epi. 83. Quid tibi) Vir cordate, inq*  
bat Augustinus ad Crysostomum  
Nunquid aut totum bonum  
in iis rebus erat, quas nunc vi  
ris amittere, aut tam magn  
bonum illic deputabas, ut  
subtracto tenebescat mens  
mia tristitia, quasi lumen eius  
Deus, sed terra sit. Et Paulo in  
rius: Erige animū, frater in Chri  
sto charissime, Deus non  
non perit à suis, nec perit  
suos. Vult, autem monere nos  
quàm sint hæc fragilia & inconst  
quæ nimis diligunt homines, ut  
soluamus ab eis vinculum cupid  
ditatis, per quod implicatos nos  
trahunt: & totum amorem nos  
strum consuefaciamus in eo  
confi

conferre, in quo nulla damna  
timeamus. Quin etiam alio loco  
causam hanc affert, cur Deus ter-  
renis felicitatibus amaritudinē  
admisceat, nempe ut aliam feli-  
citatē quæramus, cuius dulce-  
do minimē fallax sit. Idem etiam  
ait Gregorius Papa in homilia  
nuptiarum. Præclarè itaque O-  
rosius: Nihil perdidit, ubi nihil  
amaui: totūque habeo, quādo  
quem diligo mecum est.

serm. 28.  
de verb.  
Domi.

Lib. 9.  
cap. 2.

Mortis cogitatione pec-  
cata vitari.

21.

**A**ncupis adversus scelerum foedissima quæque  
Vulnera per facilem dem tibi promptus opem?  
Cum t. turpe aliquid tentat fac illico mentis  
Sese mors oculis offerat atra tue.

Quisquis enim horrendum Christi cū morte tribunal  
Cogitat, hic omnis criminis hostis erit.

Flante velut valido nubes aquilone fugantur:  
Sic meditata scelus mors procul omnia fugata.

SCHOLIA.

d